

*Sed tibi virgineum voluisti carpere surclum,
Inferere hunc sinui, cum pietate, tuo:
Propter id ex imo latari corde, tibi que
Valdè gratari, debitor esse puto.
Sponse tibi, quem Dresta dedit, pius inferere surclum,
Surcule & inferitor, Sponsa, volente DEO,
Surculus es mirus: pira nam dare malaq; viva,
Addo, pii morbos tollere cordis, habes.
Tollere cordis habes vulnus: na tale Receptum
Nec medicâ felix arte Galenus habet.
Ergo sata atq; sator, sacro coalescite nexu,
Viva pira & justo tollere mala die.
Si quid erit ledens, (multum proba leditur arbor,)
Pars parti felix esto medela sua.
Este DEO semper pia corcula, commoda Mundo,
Ut sibi vos habeat corcula grata, DEUS.*

*VVolfgang VValter,
Lichtenavii Pastor.*

UXorem ducit noster sibi *Graulius Annam,*
Omen quæ *volucris* nomen habetque *fera.*
Scilicet est *fera*: nam vincli de jure jugalis
Nil novit, semper libera virgo fuit;
Ceu *fera* non novit dominum, sed lustra peragrat
Devia; sic socium nesciit *Anna* virum.
Sed veluti tensis laqueis decepta *volucris*
Non curat caveam, nil nisi dulce canens:
Sic studet *Anna* suo sociata placere marito,
Exacteque tori singula jura tenet.
Non *ferus* in Sponsam Sponsus, non hæc *fera* Sponso,
Alter complexu pendeat alterius.

Grau-